



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno Christi 1176. Usque Ad Annum 1203

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1763**

**VD18 90118022**

§. 51. Alexius Angelus. Imperator.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66394](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66394)

Sæcul. XII.  
A.C. 1895.

§. LI.

*Alexius Angelus Imperator.*

*Nicet p. 289* **I**saacius Angelus Imperator, postquam sæpius conjuratorum insidias evasisset, nam sua avaritia & imprudentia hostes sibi conciliaverat, amicorum monita, a fratris sui Alexii machinationibus cavendum esse, in suam perniciem contempsit. At Alexius primum se Imperatorem proclamari, & deinde Isaacio Stagira, in quam urbem confugerat, oculos erui jussit. Tum, ut frater præceperat, in carcerem detruso, tanquam infimæ fortis homini, quotidie paucillum panis & vini, quo mortem arceret, præbatur. Hæc fata fuere Isaacii, die decima Aprilis anno millesimo centesimo nonagesimo quinto depositi, postquam regnasset annos novem & menses sex, & necdum ad annum ætatis quadragesimum pervenisset. Ecclesias ædificavit & Hospitia, sed sumptibus ex populo suo expressis, ac ex aliis Ecclesiis, quas, ut suas exornaret, spoliabat. Alexius cognomento Comnenus dici voluit, quod nomen istud illustrius quam Angelorum esset, ac annis octo imperavit (\*).

§. LII.

(\*) An diesem Kaiser Isaacius haben wir einen neuen Erweis von der Barbarey der Griechen; denn ohne des rebellischen Volkes Beystande würde  
Alexius